

Universitätsbibliothek Paderborn

Hiob

Brenz, Johannes

Haganoæ

VD16 B 3079

Ca. XXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36516

DE MANV SVA FUGIENS &c.

Manus hoc loco, sunt auxiliatores & ptectores:
in iudicio autem, suos etiamen defensores impij fugiunt,
usq; adeo pudefacit Dominus, impiorum confidentia.

PLAVDET SVPER EVM.

Hoc est, ridebuntur & subsannabuntur impij, Deut.
mens in exemplum, & in parabolam &c.

CA-XXVIII.

Argento est suus egressus, & est locus
auro, ubi conflatur.

Ferrum de puluere sumitur, & lapis ef-
Puluis pter-
ra, Hebreo
more.

Finis constituitur tenebris, & omnem
terminum quispiam inuestigat, lapide
caligine, & tenebris absconditum.

Erumpit torrens, ut non habitari, nec
pedibus uadari possit, exhaustur ab ho-
mine, & mouetur.

Deterra egreditur panis, & sub ea euer-
titur, sicut ignis.

(Aliibus) locis, sapphiri lapides
(inueniuntur) & glebae auri.

Quam semitam non agnoscit avis, &

C6

ANNOT. IN HIOB

non aspicit oculus uulturis.

Non calcant eam filii superbi, nō tri-
sit super eum Leo.

Ad saxum extendit (aliquis) manum
suam, subuertit de radice montem.

In petris riuos effodit, & omne precio-
sum uidet oculis eius.

Perplexa fluminum gyrat, & abscon-
ditum educit ad lucem.

Sapientia uero ubi inuenitur? & ubi
est locus intelligentiae?

Non cognoscit homo situm eius, &
non inuenitur in terra uiuentium.

ARGENTO EST SVVS EGRESSVS.

Prioribus capitibus docuit Hiob, hoc esse uerum
sapientiae Dei mysterium, quod pios nūc adfligat, po-
stea liberaturus: et impios nunc benedicat, in iudicio
maledicturus: hoc uero capite docet, hanc profun-
dam Dei sapientiam, & abditum crucis mysterium
non esse ad rationis humanae regulas exigēda: omnia
enim alia, in rerum natura, quantumcumq; abscondi-
ta, humano labore & industria, peruestigari & si-
mari possunt: sola uero Dei sapientia, humano studio
& conatu, nec peruestigabilis, nec aestimabilis est.
Argento invenit, sua est uena, suus egressus: quamvis

autem

autem lateat, argenti & auri uena, in absconditis
montium locis, inueniuntur tamen multo labore,
& effoduntur opes, irritamenta malorum: similiter
serum, ut maxime in abditissimis terræ locis abscon-
ditum sit, reperi potest, sapientiam uero Dei, nullus
uolum humano studio, inuenit.

E T L A P I S E F F U N D I T A E S . A E S , i n me-
di lapidibus latet, sed ignis uehementia, lapides
en, usq; adeo torquentur, ut ueluti flumen, æs ef-
fundat: nihil enim, in profundissimis tenebris latet,
quod non improbo labore inuestigari, & à tenebris
ad lucem educi, queat: nam & lapis quispiam, quan-
tumcunq; alte in terra absconditus sit, effodi potest,
& in lucem produci.

ERUPTIT TORRENS, &c.

Aerem atunt, terræ inclusum, frigore in aquæ gue-
tulas cogi, quæ si in unum locū cōfluant, foniem aue-
nient fieri: quanq; igitur in altissima terra, aquæ gue-
tulae lateant, erumpunt tamē, & effundunt se in ter-
ram, ita aluei profunditate, ut eo loco nemo habitare,
aut fundamēta domorū collocare, nec pedibus uadare
posse, nec unq; sic exhaustūtur, ut nō pleno alueo flu-
at, quicunq; exhausteris, nihil decrescere uideatur.

D E TERRAE GREDITVR PANIS.

Semen in terram projectum, profert nobis aristas
& frumentum, in cibum: & eo loco, si paulo altius,

Cc 2

ANNOT. IN HIOB

terram effoderis, reperiuntur lapides, è quibus com-
cūsīs, scintillæ ignis emicant, utrumq; igitur latet, &
semen supra, & ignis in saxo infra, producuntur la-
men in lucem.

ALIQVIBVS LOCIS SAPPHIRI.

Sapphirus ut Plinius scribit, aureis pūctis collucet,
unde & hoc loco, Sapphiri lapides, glebae auri dicū-
tur: inueniuntur autē hic lapis pretiosus, in absconditis
locis, sapientiam uero Dei, reperire non licet.

QVAM SEMITAM, &c. Hoc est, que
nūc enumerata sunt, ijs locis reperiūtur: ubi nec aues
uolant, ut maxime in tua petere soleant, ubi nec catu-
li Leonū, qui ob ferocitatem & truculentiam, filii su-
perbi dicuntur: nec reliquæ feræ, deserti incole habi-
tant, nihilominus tamen, multo labore & improbo
conatu, inueniri possunt.

AD SAXVM EXTENDIT, &c.

Id est, etiam montes subuertuntur & subfodiuntur:
nam & Isthmi angustias, nauigabili alueo, peroden-
re tentarunt, Demetrius Rex & Iulius Cæsar: sapien-
tia uero Dei, nusquam ē terra effodi potest.

IN PETRIS RIVOS EFFODIT.

Possibile est, ut quispiā in locis petrosis putēt effodiat, aut riuiū aquarū: et breuiter præciosa quæ
in terra latentia, erui possunt, sapientia uero nō item.

PERPLEXA FLVMINVM GYRAT.

Possunt

Possunt & humano labore, perplexi fluminum atque, altò auerti, & circumgyrari, ut quæ in profundo sint, conspiciri possint, ut sunt lapides preciosi, & aurum, sunt enim pleraque flumina, aurum uehementia: in India, Pison uel Ganges, Gen. 2. In Asia, Pactolus: in Hispania, Tagus. In Germania Rhenus &c.

SAPIENTIA VERO VBI &c.

Secunda dissimili: udnis pars: quum omnia quantum abscōdita, humanaratione inuestigari possunt, sola Dei sapientia, nec in terra inueniri, nec ē terreffodi, nec humanis uiribus inuestigari potest, neque enim est homo, qui cognoscat uenam eius, id, quod de humana solum ratione intelligi debet: nam fides pertinet, etiam in abscondita Dei. Cor. 2. Nobis Deus reuelauit per spiritum suum, spiritus enim omnia sentitur, etiam profunditates Dei.

NON COGNOSCIT HOMO &c.

Idest, reliqua omnia & inueniri & estimari possunt, sola sapientia inestimabilis est, neque est ulla res, in tota rerum natura, cui possit sapientia Dei conferri, sola autem in Domino inuenitur, nobis autē offeritur. VERBO, & PROMISSIONE, & accipitur FIDE, Jacobi 1. Si cui uestrum deceat sapientia, Dominus postulet ab eo, qui dat, nempe Deo, qui dat inquam, Verbum omnibus simpliciter, nec exprobrat, ac dabitur ei. Fides.

Abyssus dicit, non est in me, & mare, Sapientia.

Cc 3

A N N O T - I N H I O B

dicit, non est mecum.

Non datur aurum pro ea, & non adpenditur argentū pro cōmutatione eius.

Nō æstimatur auro Obrizo, nec Onchino precioso, nec Sapphiro.

Non comparatur ei aurum, nec Adamas, nec cōmutatio eius uasa aurea.

Rhamoth & Gabis nō memorabuntur (præ ea) & æstimatur sapientia super Margaritas.

Non comparatur ei Topazius Aethiopix, auro puro non æstimatur.

AB YSSVS DICIT. Et.

Id est, sapientia, nec in profunditate terre, nec in abyssō maris reperiri potest.

N O N D A T V R A V R V M P R O E A .

Sapientia Dei non emitur, nec æstimatur, uel auro, uel argento, uel lapidibus preciosis, tāta enim est Dei sapientia, ut nullis gemmis cōparari queat. Huc alludit Salomon Proverb. 3. Melior est fructus sapientie, quam argenti, & auri, prouentus eius uberioris sunt: præstat gemmis, & preciosa omnia uincit: eiusdem s. Melior est sapientia margaritis, & omnia uicunda non possunt ei cōferrī: sic et Sapientiae. Preposui, inquit, sapientiā regnis & sedibus: et diuina-

ibil esse, in comparatione illius, nec comparaui illi
lapidem preciosum, quoniam omne aurum in compa-
ratione illius, arena est exigua, & tanquam lutum
estimabitur argentum in conspectu illius. Porro, quæ
desapientie preciositate dicuntur, Verbi Dei enco-
mion sunt, Dei enim sapientia, est Verbum. Pro auro
Obrizo, habet Hebreus בְּתַת אָוֶרֶיךְ quod est
aurum preciosissimum, ex Ophir allatum 3. Reg. 9. Mi-
si Hirā seruos suos, cū seruis Salomonis, qui cū uenit
sem in Ophir, sumptū inde aurū, quadringentorum
vigintialtentorum, detulerūt ad Regē Salomonem,
unde quod nos uocamus Obrizū, dictum esse uolunt
quasi Ophirizū. Est autē Ophir filius lak etan, qui cū
liberis suis Gangem Indiæ flumen, & terrā illi proxi-
mem possedit, ut est Gen. 10. unde & regio Ophir,
ab eo nomen adcepit. Onyx quem Hebreus שֵׁהָר
uocat, lapis ille est, qui inuenitur in Gange, Indiæ flu-
vio, ut est Gen. 2. de quo uide Pliniū 37. capite 6. Pro
Adamāte Hebreus habet זִכְרוֹנִית quod quidā ada-
mantem, quidam uirum cristallinū interpretatur, à
transparentia & puritate dictū: nam זִיכְרָה mundari
significat. Ramoth & Gabis Hebreæ sunt uocabula,
de quibus scribit, qd' sint duo preciosissimi lapides,
pro Ramoth uetus tralatio Ezech. 27. uerit, Sericū
sic forte dictū à preciositate, nam רַאֲשָׁה significat Sapientia dei
exaltavit. De Topazio uide Pliniū lib. 17. capite 8. Verbum.

A N N O T . I N H I O B

Vnde igitur sapientia uenit? & ubi
locus intelligentiae?

Abscondita est ab oculis omnium ui-
uentium, & a uolucri cœli tecta est.

Perditio & mors dixerūt auribus no-
stris, audiuimus famam eius,

Deus intelligit uia eius, & ipse agno-
scit locum eius.

Quoniam ipse fines terræ adspicit,
omnia quæ sub cœlo sunt uidet.

Vt faciat uento pondus, & aquas or-
dinet in mensura.

Cum faciebat ipse pluviæ præceptū,
& uiam fulguri sonanti.

Tunc uidit & numerauit eam, præpa-
rauit & inuestigauit eam.

Et dixit homini, ecce timor Dñi est sa-
pientia, & fugere a malo est intelligētia.

V N D E I G I T V R S A P I E N T I A C T .

Si nō reperitur sapientia in terra, nec in mari, nec
aspiciam inter homines, nec in cœlo uolatilium domi-
lio: ubi ergo inuenitur? abyssus dicit, non est in me:
mare aut, non est mecum: sic & perditio, id est, infer-
nus, ac mors dicunt, audiuimus famam eius, hoc est,
nec nobiscum est sapientia, sed tamen audiuimus, Deū

solum

solum nosse viam sapientiae, et locum eius. Quod uero perditio et mors nesciant sapientiam, et tamē audiunt famam eius, hunc habet sensum, quia ad sapientiam Dei non peruenitur, nisi morte et perditione, hoc est, abnegatione suarū uiriū, ut Christus ait: Qui uult me

Mortificāda
caro, si ad sa-
pientiam cō-
scenditur.

sequi, abneget semetipsum. Et ut primus gradus ad uitium, mors est (nisi enim granū frumenti in terrā proieciū, mortuū fuerit, fructū nō feret) ita ad sapientiam Dei, primus gradus est, stultitia: ad cœlū, infernus, ut Paulus ait: Postq[ue] in sapiētia Dei, non cognouit mūdus persapientiā Deū, uisum est Deo, per stultitiam prædictiōnis, saluos facere credentes. Nisi forte pro perdite uite et morte, intelliges damnatos mortuos, et desolatōles spei homines, hi enim audiūt famam sapientiae, hoc est, gloriari solent de sapientia, quasi eam soli sciēt, et intelligeret: at longe aliter se res habet, nam solus Deus intelligit viam sapientiae, ut sequitur, prius tamen sententia mihi multo magis arridet.

DEVS INTELLIGIT VIAM EIVS.

Hec sunt inferni et mortis uerba: nobiscū, inquit, non est sapientia, sicut nec in abyssō, nec in massū, sed tamen audiūmus de ipso famam, hanc scilicet, quod solus Deus intelligat sapientiae viam, et agnoscat locum eius, hoc est quod alibi Christus ait: Solus pater nouit filium (siquidem sapientia Dei est Verbum, seu filius eius) et rursus: Nemo nouit patrem, nisi filius eius.

C C 5

A N N O T . I N H I O B C A

lius, et cui uoluerit filius reuelare: proinde, si quis
piat sapientiam Dei, in mysterio crucis abscondit
cognoscere, filium aspiciat oportet, in quo discimus
ueram crucis rationem: nam per Christum, omnis erit
benedicta est: et quicunq; in eum crediderit, insuper
patitur, quidquid aduersitatū patitur: adhuc, in Chri-
sto crux, est resurrectionis procēsiū: usq; adeo nō p-
test humana ratione, impietas et perditio, ex afflictionibus probari, id qd' hactenus conati sunt amici.

Q VONIAM . IPSE FINES TERRAE
ASPICIT . Haec sunt, inquit Hiob, sapientia Dei,
id est, Verbi, opera. Ex operibus enim inuisibilia Dei
sunt inuisibilia, per Verbum aspicit, hoc est, gubernat
et conseruat omnes fines terrae. Ordinat per Verbum
(Deus) ut uentus suum habeat pondus, et aqua sua
mensuram: omnia enim creauit Deus in numero, pon-
dere, et mensura.

C V M F A C I E B A T I P S E P L V V I A E .
Idem planè locus est Proverbii. proculdubio hinc
desumptus: Dominus, inquit, possedit me initio ut et sue,
ante opa eius erā, nondū fecerat terrā et fines eius, et
uertices puluerū orbis, cū cœlū erigeret ibi ego erā,
cū circulū cōstitueret abyssō, cū nubes desuper forma-
ret et c. hoc est, ut brevibus explicē, Verbo, qd' est sa-
pientia Dei, oīa creatā sunt, Psal. 148. Ignis, grando,
nix, sp̄ritus procellarum, quæ faciunt Verbum eius.

E T

Sapientia dei
sub cruce.

ET DIXIT HOMINI &c.

VI per sapientiam Verbi, omnia creata & disposita sunt, ita per eandem recreatur & regeneratur homo: nam quicunque crediderit, uero & sapientiae particeps est, sapientie uero particeps, timet Dominum: qui uero Dominum timet, uita malum: proinde, ut etiam est Proverb. Timor Domini, est initium sapientiae, quae sola fide non humano captiuu inuestigari potest.

CAP. XXIX.

ET addit Hiob, assumens parabolam suam dicens,
Quis dabit mihi (ut sim) secundum mensures priores, secundum dies (quibus) Deus custodiuuit me.

Quando splendebat lucerna eius super caput meum, quando ad lumine suum ambulabam in tenebris.

Quemadmodum eram in diebus adolescentiae meae, quando absconditum Deum erat super tabernaculo meo.

Dum adhuc omnipotens mecum erat, in circuitu meo adolescentes mei.

Dum lauabam gressus meos in butyro,

ET